Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bono nondum possunt esse perfecti. Nunquid propterea xpianus debet uicio rapacita
tis insistere. quia forte nondum potest omnes res suas pauperibus erogare. aut ideo
debet aliena concupiscere. quia propria necdum potest omnino contempnere. Absit
hoc fratres ab omnibus xpianis. auertat hoc deus a fidelibus suis. Apostolus enim ueracitur dicit.
quia neque auari. neque rapaces regnum dei possidebunt. Manifestum autem est. quia omnes
qui a regno dei alienabuntur. in eterno igne cum diabolo eiusque angelis damnabuntur.
4 Proinde dilectissimi si non omnes possunt implere quod dominus ait. uendite que posside
tis. illud tamen quod adiecit dicens. date elemosinam. omnibus est possibile. si assit bo
na uoluntas. Omnibus facile si non assistat ira cupiditas. omnibus salubre si feruet
caritas. Cunctis ergo debet esse commune. ut omnibus donetur eterna felicitas. Qui ergo tantam
uirtutem accipit a domino ut omnia que in mundo sunt celestis regni amore conte
nat. que habet uendat. et egenis expendat. Qui uero tante uirtutis nondum est. de
bis que habet in quantum habet elemosinam faciat. Tantum operetur bona uolun
6 tas. quantum subpetit facultas. Perfectus possideat primum uirtutis locum. imperfectus
saltem perueniat ad secundum. Efficiatur ille gloriose dignus. sit iste laudabiliter largus.
Sit ille sancte paupertatis ardentissimus amator. sit iste sanctorum pauperum piissimus consolator.
Habeat iste apud dominum patronos pauperes. quos ille se gaudet uirtutis habere consortes.
Sit ille talis qui eterna tabernacula perpetuo iure possideat. sit ille talis quem ille recipiat.
Admonet enim nos dominus dicens. facite uobis amicos de mamona iniquitatis. qui uos
recipiant in eterna tabernacula. Hoc ergo fratres necessarium est omnibus nobis. ut in bonis o
peribus nemo sit segnis. nemo sit sterilis. Nemo presentium dilectione futura contemnat.
nemo eterna despiciens. sola temporalia peruersus aspiciat. Nemo spiritualibus corporalia
preferat. nemo terrena celestibus ante ponat. Thesaurum nostrum fratres in celis ponamus. ut etiam
cor nostrum in celis habere possimus. Necesse est enim. ut quo precesserit dilectionis the